



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

De Testibvs. Titvlvs VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

comperenti in eisdem emanavit, & ad partem citatam pervenit: vel per eam factum fuit, quod minus ad ejus notitiam perveniret. Dum tamen in citatione praedicta nulla sit exceptio, per quam plenè possit instrui, super quibus iudicio convenitur.

DE SEQUESTRATIONE POSSESSIONUM & FRUCTUUM.

TITVLVS VI.

CAP. I.

Super beneficiis contra ipsos possessores, qui tenent non possessionem vel possessionem auctoris, sed in cura, etiam si illi fructuatur, ipsius beneficii sequestratio per loci ordinarios habet: quoniam impetratio, vel sequestratio fructus occupatio, excommunicatio est: & sicut de litigantibus, cadit à iure suo, & reprobentur. Ioan. And.

Idem a.

Ad compendendas litigantium malitias, definitiuis, ut una contra possessorem definitiva sententia super beneficio apud sedem Apostolicam, etiam in petitorio vel possessorio promulgata, beneficium ipsum, etiam si dignitas, vel personatus existat, & eorum habeat animarum, à possessore huiusmodi dum huiusmodi memoria pacificè antea ab eo possessum non facta per loci ordinarium, apud aliquam personam idoneam sequetur, quae plenam de ipso & debitam curam gerens, id, quod de fructibus ipsius (debitis eiusdem beneficii oneribus) superesse contigerit, illi restituit, quatenus in causa victoriam obtinebit. Si quis autem in iudicio huiusmodi impedire, vel fructus sequentibus quocumque modo praesumpserit occupare, excommunicatio incurrat sententiam ipso facto: à qua nisi impetratio prius amoto, & occupatus per eum fructibus restitutus nullatenus absolvarit. Et nihilominus, si aliquis huiusmodi fuerit, à iure (quod sibi in huiusmodi beneficiis, vel ad ipsum forsan compererat eidem) hoc ius amittit: Praemissis nedum circa futura, sed etiam circa per appellationem pendente negotia observanda. Non obstante si contra praefatam sententiam de nullatenus forsan opponatur.

DE PROBATIONIBVS.

TITVLVS VII.

CAP. I.

Interdum interuenerit Apostolicarum, quibus Papa proprium factum, quibus prius probatur, si super illis gratia vel iudicio Papa fundatur. Ioan. And.

Clemens V. in Concilio Viennensi.

Itemis nostris, quibus nos dignitates qualibet seu beneficia collationi nostrae, vel sedi Apostolicae reuerentissime, aut resignationem beneficii alicuius recipere, vel recipiendi potestatem alii commisit, vel alicuius excommunicasse, seu suspendisse, seu alicuius eorum nostrum vel familiarum fuisse, vel alia similia, super quibus gratia, vel iudicio nostra fundatur, fecisse commissa, & censimus super sic narratis fidem plenariam habendam. Volentes ad praeterita & pendente etiam in appellationem negotia hoc extendi.

DE TESTIBVS.

TITVLVS VIII.

CAP. I.

Super beneficiis conuincuntur Iudaei & Sarraceni, non ob id in iure manent, si ita habetur. b. Vid. e. commissio. de elec. in l. cum. & quodam in l. Celsus. ff. de usucap. Font.

stantibus contrariis privilegii Regum & Principum: quibus si utantur, subtrahitur illis Christianorum commercium. Ioan. And.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Quoniam Iudaei quidam & Sarraceni (sicut acceptimus) quod super civilibus aut criminalibus conuincuntur Christianos non possint, se privilegiis Regum & Principum utantur (quia id nedum iuri contrarium, sed & Christianae religioni opprobriosum est quam plurimum & aduersum) Reges eisdem & Principes à in Domino exhortamur, ne concedant huiusmodi de cetero privilegia, vel seruent aut seruari permittant etiam iam concessa. Quod si Iudaei, aut Sarraceni privilegiis talibus uti praesumpserint, Christianorum communio eis subtrahatur, si, quod Christiani ab eorum abstinere communiione censura ecclesiastica (si opus fuerit) compellantur.

CAP. II.

Publicati attestacionibus, testes produci non possunt (etiam in causa appellationis) super eisdem articulis vel directis contrariis. Ioan. And.

Idem.

Testibus tunc & receptis, & eorum attestacionibus publicatis, sicut non licet super eisdem vel directis contrariis articulis alios vel eosdem testes in principali causa producere, sic non debet in appellationis causa licere. Cum non minus in appellationibus, quam in principali causa subornatio sit timenda.

DE IURE IURANDO.

TITVLVS IX.

CAP. I.

Iuramenta, quae Romana ecclesia praesumat Romani Principes, fidelitatis exequantur. Ioan. And.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Romani Principes, & orthodoxae fidei professores, sacrosandam Romae Ecclesiam, cuius caput est Christus Redemptor nostrae ac Romanum Pontificem eiusdem Redemptoris vicarium, seruate fidei, & clarae devotionis promptitudine venerantes, eidem Romano Pontifici, à quo approbationem personae, ad imperialis celsitudinis apicem assumenda, necnon unctioem, consecrationem, & Imperii coronam accipiunt, sua submittere capita non reputant indignum, seque illi, & eidem ecclesiae, quae à Graecis Imperium transtulit in Germanos, & à qua ad certos eorum Principes ius & potestas eligendi Regem in imperatorem postmodum promovendum pervenit, adstringere vinculo iuramenti, prout tam mos observationis antiquae, temporibus novissimis renovatae, quam forma iuramenti huiusmodi sacris inserta canonibus manifestant. Dum sane inter quondam Henricum Imperatorem, tunc Romanorum Regem, & charissimum in Christo filium nostrum Robertum Stellae Regem, gravi discordia suscitata: Nos multis gravibusque periculis, quae exinde provenire verisimiliter timebantur, intendentes celeriter & opportuno remedio obviare, quibusdam ex fratribus nostris sane Romae ecclesiae Cardinalibus existentibus tunc in urbe pro reformanda pace, & solidanda concordia inter Reges eisdem literas nostras, sub certa forma duximus destinandas: inter alia inferentes in eis, quod cum ipsi Reges eiusdem ecclesiae specialissimi filii, sibi iuramento fidelitatis, & alias multipliciter essent adstricti, ipsius ecclesiae debeant esse promptissimi defensores:

a. Qui debent Iudeos punire: vid. l. si quis in hoc genero. c. de Episc. & cler. & gl. in ca. Iudaei. q. de Iud. Font. b. Vid. l. primo. s. aduent aditem. ff. de adit. edict. & l. apud eum. s. Imperator. ff. de manum. c. al. Imperatores.